



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Sectio I. De Dominio receptiores absque pugna Sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)



R. P. ANTONII
DE ESCOBAR
ET MENDOZA,
VALLISOLETANI,
Societatis IESU,
VNIVERSÆ THEOLOGIÆ
MORALIS
Liber Trigesimus Sextus.

DOMINIUM.

QVI Volum. I. De Iustitia, Iure, ac contractibus in
communi Tractationem prælibavi. Jam in particulari ma-
teriam evolvō, ac primum de Dominio rerum, quo quis
per furtum privatur, una & altera sectione (de more) disceptabo.

S E C T I O P R I M A.

De Dominio receptiores absque pugna sententiæ.

CAPVT I.

De subiecto Domini.

*i.
Domini
diffinitio.*

Dominium est, sui perfecte dispo-
nendi de re aliqua corporali, nisi le-
gis prohibeat. Dicitur Ius loco ge-
neris: enim sub se comprehendit tam Do-
minium quam alia pleraque iura. dicitur Per-
fecte disponendi, id est omni modo, & pro-
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

pria authoritate siue in proprium, siue in alie-
num commodum eâ utendo, siue abutendo. Ad-
ditur, De re corporali, nam rerum alie corpo-
rales sunt, alię incorporeę, corporales sunt, quę
suapte natura tangi possunt, ut fundus, homo,
vestes, aurum. Incorporeę, quę tangi non
possunt, sed intellectu solum apprehendi, ut
sunt eę, quę in iure consistunt v. g. Ius here-
ditatis, ius fructus, ius eligendi, ius præsentan-
di. Additur, Nisi lege prohibeantur. Quia etsi
iura aliquando iusta de causâ aliquod ius im-
pediant, ne prodeat in actum, etsi prodierit,
ne factum teneat, non tamen efficiunt eiusmodi
ius non esse Dominium. Vnde etsi pupillus
nequeat

A

ELSCOBAR

Theol. Mor.

Tom. V. V. I. II.

EL IV

2 Theologiae Moralis Lib. XXXVI.

nequeat sua bona alienare usque ad tempus à patre: vel à iure praefinitum, ni hilominus tamen est legitimus eorum Dominus, Barthol. l. si quis, §. differentia, ff. de acquir. posses. Molina tr. 2. d. 3. Leth. l. 2. c. 3. dub. 2. Filliac. tr. 3. c. 3. q. 1. Laym. l. 3. tr. 1. c. 5. n. 7. Sayr. in claus. l. 9. r. 2. n. 3. Valent. to 3. d. 5. q. 10. pun. 1.

2 *Dominium iurisdictionis ac proprietatis.* Dominium est duplex, vnum *iurisdictionis*, alterum *proprietatis*. Dominium iurisdictionis est potestas gubernandi suos subditos, iudicandi, protegendis, & accipiendis à subditis emolumenta, quae ea de causa debentur, dividitur autem hoc Dominium eo modo, quo iurisdictionis Ordinaria, in *Ecclesiasticum*, & *Seculare*. Ecclesiasticum Dominium est potestas papalis, patriarchalis, Archiepiscopalis, Episcopalis, & aliarum inferiores. Dominium saeculare est, potestas Imperatoria, Regia, Ducalis, Comitatus, ac similes respectu Provinciarum, & Oppidorum quae ipsis proprio iure subiant in negotijs saecularibus. Dominium proprietatis est ius disponendi de re aliqua tanquam sua in suum commodum. Ab hoc Dominio quicquid rei suae Dominus dicitur, & competere potest tum communitati, tum privatae personae, vel publicae. Leth. l. 2. c. 3. dub. 1. n. 2. Bec. tr. de iust. c. 2. q. 2. Malder. de iust. tr. 1. c. 3. dub. 3.

3 *Dominium proprietatis dividit in perfectum & imperfectum.* Porro Dominium proprietatis in *perfectum*, & *imperfectum* dividit. Perfectum dicitur, quod continet proprietatem rei, & commodorum eius, imperfectum, quod tantum habet vel proprietatem rei absque emolumentis, vel emolumenta absque proprietate, unde hoc dominium dicitur, vel *directum*, vel *utile*, directum continet solam rei proprietatem, & tale Dominium habet filiusfamilias in peculio, quod aduentitium dicitur: & qui dedit in Emphyteusim, vel feudum, Dominium utile continet solam rei commoditatem, quale habet usufructuarius, feudatarius, vel Emphyteuta. Barthol. ad l. si quis vi, §. directum, n. 5. ff. de acquir. poss. Sayr. in claus. 3. q. c. 2. n. 10. & 11.

4 *Solus natura rationalis potest conuenire Dominium.* Cum autem omnis Dominij fundamentum sit intellectus, ac libera voluntas. Hinc soli naturae rationali conuenire potest, nempe Deo, Angelis, & hominibus. Deus summum quoddam, absolutissimum, & independens habet dominium in omnes creaturas ratione creationis & conservationis. Angeli proprie non videntur habere dominium nisi suarum actionum, tamen propter magnam auctoritatem, quam habent administrandi res corporeas, possunt dici illarum habere Dominium. Hominibus autem proprie competit hoc dominium in res externas, cum eis res istae concessae sint solis, ut de illis ad sua commoda pro arbitrio disponant. Sotus de iust. l. 4. q. 1. d. 2. Sylu. 2. 2. q. 66. a. 1. q. 3. Faust. in spec. 2. d. 1. q. 7. 9. 10. & 11. Mol. tr. 2. d. 18. Filliac. tr. 3. 1. n. 91. & 92.

5 *Puer ante rationis usum Dominium habet.* Ante rationis usum paruuli verum habent dominium. Quia sufficit eos potentiam liberi arbitrij habere, quamvis usum non habeant, alioqui dormientes Dominium suarum rerum amitterent, idem de amentibus dixerim Victor. relect. de Indis. n. 2. 1. & 2. Leth. l. 2. c. 4. dub. 2. Becan. de iust. c. 3. q. 2. Faust. in spec. d. 1. q. 12.

6 *Quadruplex peculij.* Filijfamilias quadruplex peculij genus potest competere, Castrense, quasi Castrense, Aduentitium, Profectitium. Castrense dicitur, quod in

militia, vel occasione militia est partum. Quasi genus potest Castrense omne id, quod ex beneficio Ecclesiastico acquiritur, imò quicquid acquiritur post litem complicitatem, etiam alias esse aduentitium, praeterea tere. Ca. quicquid acquiritur officio publico, nō mecha. streuse, nico, vt Iudicis, Aduocati, Tabellionis, Medici, quasi Castrensis, & c. vel per principis donationem. Ad. streuse, uentitium peculium est summa illorum bonorum, quae Castrensis, aut quasi Castrensis non sunt, Pro. sunt, sed aliunde quam à patre, & ex bonis eius, scilicet. & ob gratiam illius principaliter habetur, quia sunt bona filio hereditario iure à matre, aut cognatis, aut amicis, aut suo labore, industria, aut fauente fortuna, parta. Profectitium est, quod provenit à parente vivo, vel principaliter, & proxime eius causa datur, nec ad bella, aut officia publica pertinens.

Porro filij in peculio Castrensi, vel quasi Castrensi plenum dominium habet, ita vt tota pro. **7** *Quodnam* prietas, & usufructus, administratioque horum bonorum sit penes ipsos, & de illis possint disponere di. *in bonis* peculio per donationes, & contractus, imò etiā per testamentum, ac ultimam voluntatem, & parens ex *habeat*. his bonis non possit sibi quicquid usurpare, nisi quantum necessarium est pro filiorum alimentis, si eos ex suis aliat, alioquin, volente filio ad restitutionem tenetur. In aduentitiis autem dominij, ac proprietatis iure comuni est filij, & usufructus patris. In quibusdam tamen casibus, potest filius etiā habere usufructum, vt si pater illum filio concedat, vel si aliquid dentur filio ea conditione, vt parens usufructum non habeat vel aliquid ei donetur patre contradicente, vel si usufructus alicuius filio sit relictus. At in profectitijs dominium tam directum, quam utile est apud parentes. Nauar. sum. c. 17. à m. 141. ad 144. Leth. l. 2. c. 3. dub. 3. Fill. tr. 3. 1. m. 95. Bec. de iust. c. 3. q. 3. Sylu. v. Peculium Sylu. 2. 2. q. 32. a. 8. Faust. in spec. d. 1. q. 15.

8 *Serui non habent perfectum ac independens à Dominorum potestate Dominium.* Quia quicquid serui acquirant quavis causa vel occasione Domino aequiunt. Possunt tamen serui habere aliquarum rerum Dominium, imperfectum, hoc est, tale, vt eas non teneantur suis dominis tradere, quamuis Domini absque iniuria possint eos illis priuare. Quia iura nō fecere incapaces omnis iuris, & dominij seruos, instar Religiosorum, nec aderat legitima, id faciendi causa. Vnde in aliquibus casibus potest seruus aliquod comparare Dominium, v. gr. quando consensus expressus, vel tacitus Domini intercedit, vel si donator ei absolute, vel ea conditione, vt ad Dominum non pertineat, vel si detur in compensationem, si lucretur sua pecunia: si sibi aliquid subtrahat sine Domini incommodo. Verum concessio verò ac perfecto dominio seruis in praefatis casibus, asseruerim, dominos ad restitutionem teneri, si res ipsas concessas auferant. Mol. tr. 2. d. 3. 8. Leth. l. 2. c. 3. dub. 4. Becan. de iust. c. 3. q. 4. Fill. tr. 3. 1. n. 99. Sylu. 2. 2. q. 66. a. 1. q. 3. conc. 7. Faust. in spec. d. 1. q. 19.

9 *Religiosi.* Religiosi solemniter professi in particulari professi sunt cuiusque dominij, usufructus, possessio, minimum nō nis, & similis iuris rerum temporalium tā mobiliū, quam immobilium incapaces, antiquo cui qui sim. iure c. Non dicatis 12. q. 1. c. cum ad Monasterij, plici pan. de statu Relig. & nouo Tridentini sess. 25. c. 2. de paratis vo. Regul. Quia per votum paupertatis in solemniter sumi ad professione stricti.

professione emissum. Religiosus ex ordinatione Ecclesiastica se se omni dominio priuat, & omnis iuris temporalis fit incapax. At per simplex paupertatis votum incapax Religiosus non fit, sed tantum priuatur potestate vtendi, & disponendi abique superioris consensu, vt patet in Religiosis non professis nostrae societatis ex constitutione Gregorij XIII. in Bulla, *Ascendente Domino*. Dixi, in particulari. Nam in communi possunt Religiosi professi habere dominium temporalium bonorum, licet illa non possint alienare nisi in commodum Religionis & de iurim Praesulis licentia D. Tho. 2. 2. q. 186. a. 7. ad 4. Lell. l. 2. c. 3. dub. 5. Filluc. tr. 3. n. 102. 103. Faust. in spec. d. 1. q. 14.

10
Quoniam
modo Reli-
giosus possit
Superiores
concedere
bona stabili-
lia ad usum
duntaxat, vel admi-
nistratio-
nem.

Iure nouo Tridentini sess. 25. c. 2. de Reg. Superiores Religionum inhiibetur, ne possint alicui Religioso concedere villa bona stabilia (vt sunt fundi redditus, adium locationes) etiam ad vsum duntaxat, vel administrationem, non tamen esse contra ius commune, nec paupertatis votum cum Superioris facultate bonorum administrationem, & vsum habere ad quauis pias causas, modo semper adit ad Superioris nutum dependentia. Hinc quantumvis census vitalitij possint permitti pro vsum eorum necessarius qui Monasteria ingrediuntur, praesertim Monialibus, & Monachis qui ex communi peno non habent, satis eorum tamen administratio non potest ipsis concedi, sed solis officialibus, vt ait Concil. Vbi tamen non esset receptum quo ad hoc, non propterea dici deberent habere proprium, si habent cum dependentia a superiorum voluntate. Mobilia autem possunt singulis Religiosis concedi, religiose accommodata paupertati iuxta cuiusque Religionis vsum, non tamen superflua, imo etiam pecunia ad determinatos vel etiam de indeterminatos vsus, modi sint pij, quia hoc neque est contra paupertatis professionem, neque vilo iure vetatur Azor, tom. 1. l. 1. c. 9. Manni. tom. 3. q. 9. Regul. q. 29. a. 12. Lell. l. 2. c. 3. n. 33. Laym. l. 4. tr. 5. c. 7. n. 13. Miranda 10. l. 2. q. 28. a. 9. Becan. de iust. c. 3. q. 5. Fratibus autem minoribus de obseruantia, & Capucinis pecunie vsus concedi non potest, quia iuxta regule praescriptum contractare, aut retinere pecuniam non possunt.

11
Religiosi
beneficij
quandam
Dominium
habent

Religiosi vero Beneficij, vt Abbates, Priores, Commendatores, & similes habentes beneficia Regularia, vel saecularia, & si nullum habeant dominium, habent tamen ius administrationis, ac dispensandi suorum beneficiorum fructus in pias tamen causas, vltra suam congruam sustentationem. Quia id est eis iure ac consuetudine concessum. In res tamen vanas non possunt beneficij fructus expendere, nec amicos suos ex eis ditare. Quia horum bonorum non sunt Domini, sed solum administratores, ac dispensatores. Aliter facientes, ad restitutionem tenentur, Lell. l. 2. c. 3. dub. 5. n. 29. Filluc. tr. 3. n. 104. Faust. in spec. d. 34. q. 10. n. 18.

12
Clerici non
Religiosi
verum ha-
bent Domi-
nium bono-
rum patri-

Clerici non Religiosi verum habent dominium bonorum patrimonialium de illisque vt laici possunt disponere. Patrimonialia bona sunt, quae vel hereditate, vel donatione, vel industria, vel alio modo, quo a solent laici, sibi acquirunt. Quia per Clericatum, vel ordinem nec sunt incapaces dominij, neque se se dominio abdicant. Idem Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

dixerim de bonis quasi patrimonialibus, vt sunt ea, quae tanquam clericis acquirunt clericorum ministerijs absque beneficio nempe celebratione, concionibus, vicaria temporalia, distributionibus quotidianis, quae pro singulis horis conferuntur assistentibus in choro, stipendijs pro defunctorum funere, Eleemosynis pro processione peragenda, pro Episcopatu visitando, pro sententijs ferendis, & audiendis causis, pro agendo aliquo Ecclesiae negotio vel aliorum. Denique quidquid datur pro industria personalia, pro labore contractu, pro organo pulsandis, audiendis confessionibus, ac similibus. Quia haec dantur vt stipendium quoddam sustentationis, vt de his pro arbitrio disponant. Nauar. de reddit. Eccles. q. 1. mon. 19. Laym. l. 4. tr. 2. c. 3. n. 1. Becan. de iust. c. 3. q. 6. Mol. 10. l. 1. tr. 2. d. 145. Lell. l. 2. c. 3. dub. 6. n. 36. & 37. Filluc. tr. 3. n. 101. Faust. in spec. d. 1. q. 16.

monialium,
vel quasi
patrimo-
nialium.

C A P V T II.

De Dominij Obiecto.

PEs externe, vt montes, agri, platae, flumina, beltae, & similia hominis subiecta, ab eius dominio cadunt, non quod singuli homines habeant earum rerum, quae ab alijs iam occupatae sunt, dominium, sed quia quisque ius habet a natura sibi concessum, vt valeat rem quamlibet occupare, si bique attribuere, modò antea ab alio non fuerit occupata. Caelorum verò, & Astro- rum aliquo modo dominium homo habet, quatenus in illius vsum, & obsequium facta fuer. D. Tho. p. 1. q. 96. a. 2. Mol. 10. l. 1. tr. 2. d. 18. Faust. in spec. d. 1. q. 10. & 11.

13
Rerum ex-
ternarum,
quae ab alio
occupatae non
sunt, sumus
Domini.

Homo non est dominus vitae suae, nec membrorum, sed solum custos, & quasi vniuersus. Dominium horum est apud solum Deum. Quia dominium non est nisi in eas res, quas nostra industria nobis possumus adsciscere. Vnde nec Princeps, nec Respublica est dominus vitae suorum subditorum, vel seruorum: neque potest pro arbitratu suo aliquem occidere aut mutilare, nam siali quando malefactores iubent occidi, id gerunt tanquam boni publici custodes. D. Tho. 2. 2. q. 64. a. 5. & q. 65. a. 1. Valent. ibi d. 5. q. 10. pun. 1. dub. 3. Sayr. in clau. l. 9. c. 5. n. 4.

14
Non est
homo Do-
minus vitae
suae aut
membrorum
nec Prin-
ceps alienae.

Quantum iure naturae omnes homines sint conditione pares, habentes scilicet eandem causas materialem, formalem, efficientem, & finalem, tamen gentium, & ciuili, supposito peccato, seu post Adae lapsum, potest homo sub alterius hominis dominium cadere, & ita seruus illius effici. Ex. 21. Leuit. 25. Deut. 20. D. Gregor. l. 2. 1. moral. cap. 11. & omnes.

15
Homo sub
hominis do-
minium po-
tens cadere

Iuxta receptionem sententiam homo est dominus suae famae, sicut rerum externarum. Quia fama, & honor inter bona externa, quae possunt a nobis acquiri ac deperdi, collocantur, eorum autem, quae nobis acquirimus, sumus domini. Nauar. sum. c. 18. n. 27. Lell. l. 2. capite quarto dub. 11.

16
Quaeritur
requiruntur
ordinarie, ad dominij,
A 2
acquisi-
tur.

4 Theologiae Moralis Lib. XXXVI.

ad Dom.
ni acqui-
sitionem?

acquisitionem, quando illud est ab vno in alium transferendum. *Titulus* scilicet, & *Traditio*. Est autem titulus id, in quo totum ius primitus fundatur, ut emptio, donatio, hereditatis successio, per hæc tamen nondum habetur dominium, aut ius in re, sed solum ad rem, nisi accedat traditio, quæ est veluti conditio necessaria, ut ex vi prioris donationis, vel emptionis reverteretur dominium. *Couarru. l. 2. variar. c. 19. numer. 3. Sayr. in claus. l. 9. c. 10. num. 9. & 10. Lell. l. 2. c. 3. dub. 3.* In quibusdam tamen casibus iure communi Cæsareo, ad dominium acquirendum non est necessaria traditio. Primo ad ius hypothecæ, vel pignoris nuda conventio, vel legis dispositio sufficit. Secundo in beneficiis ius in re acquiritur per collationem, & acceptationem. Tercio, in hereditate, Dominus enim fit quis hereditatis, siue per testamentum, siue ab intestato, sola adita hereditate verbo, vel facto. Quarto in legato, si enim certares tibi legata sit, statim per acceptationem illius Dominus efficeris. Quinto, quando aliquid donatur, venditur, aut relinquatur civitatibus, Ecclesiis, aut aliis piis locis, aut in captiuorum redemptionem. Sexto, si princeps contrahat cum aliquo, vel donet, & intendat transferre Dominium, erit quidem absque alia traditione translatum. Verum quando dominium non transfertur ab vno ad alterum, ad acquisitionem eius sufficit apprehensio. Sic enim acquiruntur dominia earum rerum, quæ nullius sunt. Omnia hæc suo ordine è iuribus hæcce accepi, *l. 1. ff. de pignoris. C. si tibi absente, de praebend. in 6. Instituit. de heredum qualis. 6. vltim. l. A Titio, ff. de furtis, leg. vlt. C. de Sacrosanct. Ecclesiis.*

CAPVT III.

De modo acquirendi Dominium?

17
De domi-
ni post A.
de lapsum
diuisione.

Vasi iure naturali genus humanum habet aliquo modo dominium rerum inferiorum, quæ ad vitam degendam sunt necessariæ. Gen. 11. *Dominamini piscibus maris.* Iuxta celebre illud Iurisperitorum prologium, *Res omnis iure naturæ sunt communes, Cod. l. ius gentium, dict. leg. ex hoc iure, ff. de inst. & iure.* Dominium tamen ante diuisionem factam non fuit in aliquo priuato homine, sed in toto genere humano, idque non tam actu, quam potestate, & iure. Quia naturæ Authores visibiles non vnus hominis, sed omnium simul hominum creauit ad vsum, vnde nullius erant positine, tamen singuli, vel omnes simul habebant ius ad illa occupanda, & dominium acquirendum per anticipatam occupationem. Quare hoc ius non tribuebat actu dominium, sed tantum potentia, ut scilicet possent homines ea bona sibi propria facere per occupationem, à qua sane iniuria non poterant prohiberi. Vnde patet, rerum diuisionem, & priuata earum Dominia naturali legi non repugnare;

Imo lex naturalis concedit potestatem diuidenti bona eaque propria efficiendi. Hinc duminiorem diuilio post Adæ lapsum non solum fuit licita, sed etiam generi humano commoda, quia magis sollicitus est quisque ad sua seruanda, quam ad ea, quæ cæteris sunt communia, sicque hominum status pacificus apte conseruatur. Hæc autem diuilio non est iure naturali introducta, nec diuino positio, nec ciuili, sed iure gentium, seu communi populorum consensu. Non iure naturæ, quia alioqui contra naturam esset rerum communio, quod patet esse falsum ex primitiue Ecclesiæ praxi, ac Religionum viâ. Non iure diuino positio, quia nullibi tale ius extat. Non iure ciuili, nam ante omne ius scriptum erat hæc dominiorum diuilio. Vnde constat factam esse iure gentium, quare omnes gentes non extremè barbaræ in hanc diuisionem pacis causa consentiunt, & ut res ipsæ melius priuata cuiusque cura administrantur. *D. Tho. 2. 2. q. 66. a. 2. ad 1. Becan. de inst. c. 5. q. 3. Sayr. in claus. l. 9. c. 8. Valent. 2. 2. d. 5. q. 10. pnn. 2. Sylu. ibi q. 66. a. 2. q. 1. Mol. 1. 0. 1. tr. 2. d. 20. conc. 2. Fil. 17. 31. c. 5. q. 1. & 2. Laym. l. 3. tr. 1. c. 5. m. 5. Ilidor. ad c. ius naturale dist. 1.*

Equidem quatuor modis dominium in homines acquiritur. Primo, Belli iure, quando scilicet in bello iusto quis capitur, iure gentium confueto in bello seruari, mancipium fit capientium, inter Christianos autem hoc ius non seruatur ob consuetudinem contrariâ merito iam præscriptâ. Secundo, titulo natiuitatis, qui enim nascitur ex matre ancilla, siue pater liber sit, siue non, fit seruus, quia partus ventrem sequitur. Tercio, iusta condemnatione qua quis fit seruus, si ad hoc propter delictum à legitimo iudice condemnatur. Quarto, emptione, & venditione, si quis enim se vendat, vel à patre venundetur, fit seruus emptoris, cum homo iure naturali sit suæ libertatis Dominus, & consequenter, possit eam alienare, seque in seruitutem adigere. *Sylu. v. seruus, q. 3. Sayr. in claus. l. 9. c. 6. n. 10. Lell. l. 2. c. 4. dub. 4. Fillinc. tr. 3. l. n. 116.*

Dominium autem rerum irrationalium multis modis acquiritur. Primus est per occupationem. Secundus, per natiuitatē. Tertius, per alluionē. Quartus, per effectiōem alicuius rei eū aliena materia. Quintus, per accessiōem. Sextus, per confusiōem materiarum, & specierum commixtionem. Septimus, per ædificationem, & plantationem. Octauus, per traditionem rei cū animo transferendi dominium. Nonus, per possessionē bonæ fidei rei alienæ. Decimus, per contractum, vel quasi contractum. De quibus modis speciatim suis locis disseremus. *Ex Inst. & Digestis, titulis, de acquirend. possels.*

Iure gentium res illæ sunt primo occupatis, quæ antea nullius erant, nequynquam fuere, nisi de aliquibus in particulari aliud, aut iure Re-
gnū alicuius, aut iure ciuili constitutum sit. Ad hoc autem genus reducuntur. Primo bruta, panis.
sen animalia sua natura fera, vel mansuetata. Secundo, lapilli, ac gemmæ in maris litore, Tertio, ea, quæ habentur pro derelictis. Quarto, ea loca, quæ aut nunquā habitata fuere, vel saltē longo tempore, sunt ab habitatoribus desertæ. Quinto, res naufragio amissæ, vel in fundum pelagi iactatæ per longum tempus. Sexto, ea, quæ dicuntur bona vacantia per mortem alicuius nullo

18
Quatuor
modis Do-
minium in
homines ac-
quiruntur.

19
Decem ve-
ro modis
Dominium
rerum ir-
rationaliū ac-
quiruntur.

20
Quænam
res sunt
primo occu-
patæ.

nullo relicto hærede. Septimo Theauri. Octavo, Syllæ caduz. Nono, palca. Sayr. in clauis. l. 9. c. 9. n. 4. Fillinc. rr. 3. n. 12. 8. Medina C. de reb. restit. n. d. g. 12. d. 2. Sylu. v. Inuentum g. 1.

Porro animalia natura sua manucta, ac domesticæ, vt sunt onæ, boues, equi, fues, gallinæ domesticæ, ac similes non sunt occupantis, etiamsi euaserint dominorum potestatem, nec licet ea capere. Quia hæc licet fugerint, non tamen ideo recuperant libertatem, & adhuc in prioris Domini manent Dominio ideo vbi cumque sint oberrantia, dominis sunt restituenda, imo si à lupis, aut à vulpe capta fuerint, qui ea exemerit, restituere debet quidquid ex illis super fuerit, potest tamen qui extraxit, vel deuile, pretium suæ exigere industrie. Animalia verò, quæ manifeste solent, & vi manifeste facta sunt, tam diu manent sub potestate Domini, quam diu consuetudinem habent ex libera vagatione redendi, idcirco non sunt primo occupantis, vt sunt caniculi, cerui, paucos, columbæ domesticæ. Quod si consuetudinem arbitrio prudentis redendi amiserint cum à nullo impediatur, licet ea occupare, & occupantis sunt, quia tunc censentur se sem naturaliter libertatem recepisse. Denique animalia, quæ proprie fera sunt, ac syluestria, & domino carent, primo occupantis sunt, siue in proprio capiuntur agro, siue in alieno, siue in communi, si autem hæc dominum habeant, tam diu retinetur eorum dominium, quam diu sub custodia domini sunt, quod si potestatem Domini euaserint, & difficilis sit eorum captura primo occupantis sunt, & Gallinarum, insit. de rerum diuis. l. Pomponius ff. de acquir. rerum Domin. Nauar. sum. c. 17. n. 12. 8. Mol. 10. rr. 1. d. 4. 1. Lel. l. 2. c. 6. dub. 6. n. 2. Sylu. 2. 2. g. 66. a. 2. qu. 2. Fillinc. rr. 3. n. 130. Becan. de iust. c. 5. g. 4.

Fera percussa lethaliter Dominium est peruerspercutientem, si eam ita insequatur, vt mortaliter esset capturus, quod si percussus est tantum causa, vt alius capiat, diuidenda est præda, quamuis dominium sit solum penes capientem. Fera autem laqueo alterius extracta in foro conscientie est illius, qui laqueum tetendit, si mortaliter erat ad illius mansuetudinem, quod si euadere probabiliter poterat laqueum, sit extrahentis. Insper si fera, quam vnus persequitur, in alterius incidat laqueum, vterque habet ius occupandi, & primo occupanti cedit in Dominium. Adnotari vero, in his omnibus habendam esse consuetudinis locorum rationem. Sayr. in clauis. l. 9. c. 9. n. 5. Mol. 10. rr. 2. d. 4. 2. Manu. p. 1. sum. c. 37. n. 7. Fillinc. rr. 3. n. 136. Lel. l. 2. c. 4. n. 32.

Lapilli, ac gemmæ in littore maris inuentæ sunt inuentoris, sed ad hoc dominium comparandum, non satis est solus aspectus, & inuentio, sed requiritur etiam apprehensio, vel alia exterior actio, qua quis ostendat, se velle eam dominum acquirere. Venæ metallicæ, si sit in loco publico potestas est penes principem, qui solus eam potest effodere, si autem in loco priuato adsit, huiusmodi potestas est penes loci Dominum. Syn. 2. 2. g. 66. n. 5. cap. 1. Sotus lib. 5. de iust. questio. 3. a. 3. Becan. de iust. cap. 5. g. 10. Lel. l. 2. c. 5. dub. 12. Fagund. de iust. l. 2. c. 2. m. 2.

Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

Etiam sunt primo occupantis, ea, quæ pro derelictis habentur, qualia dicuntur, quæ vel expresso actu domini, vel præsumpto talia facta sunt, in dubio autem an sint talia, coniecturis est iudicandum. Quæ vero naufragio iactantur in vndas, non hoc ipso sunt derelicta, nec quæ de incendiis, ac ruinis eripiuntur. Ligna vero, quæ ex fluminum inundatione alportantur, pro eorum qualitate, pro distantia domini, pro industria appositæ ad illa eripiendæ, arbitrio prudentis est iudicandum, nam pro derelictis sunt habenda. Nauar. sum. c. 17. n. 98. & 170. Becan. de iust. c. 5. g. 13.

Insulæ iure communi sunt capienti, si in mari existant, quæ vero in flumine natæ in medio sunt fluminis, communes sunt iis, qui ab vtraque fluminis parte media habent, si autem alteri parti sint propinquiores, dominium illarum penes eos erit, qui prope eam ripam prædia possident. Consuetudo tamen fert, vt subditi cuiusque Reipublicæ ei addicant insulam, vel alium locum desertum, quem recipiunt, præmio ab ipsa accepto. Insit. de rer. diuis. l. Insula Mol. 10. rr. 2. d. 5. 5. & 57.

Bonorum vacantium dominium iure civili communi ad fiscum deuoluitur, si defunctus sit laicus nullo hærede relicto, qui ab intestato succedat. Peregrinorum autem bona mobilia morientium in hospitalibus distribuenda sunt eodem iure in pias causas per loci Episcopum. Multis tamen in locis bona obuentium in Xenedochiis ipsis adiudicantur, alibi verò in capitulo erogantur redemptionem. l. 1. §. vlt. ff. de iure fisci. auth. omnes peregrini.

Theaurus, seu vetus pecuniæ depositio, cuius non extat memoria, ad quemnam dominum pertinet, iure naturali, & gentium in occupantis inuentoris dominium transit. Communis autem iure statutum est, vt si in proprio fundo theaurus fuerit inuentus, totus sit inuentoris, in alieno, & fortuito repertus, dimidium erit inuentoris, & dimidium Domini fundi. Si vero de industria quæritus sine consensu domini totus Domini erit post iudicis sententiam. At si ex consensu Domini quæritus fuerit, pacto est standum. Si quod fuerit ininitum, alioquin totus Theaurus erit inuentoris. Quod si fundus duos Dominos habeat, nimirum directum, & vtilem, dimidium erit inuentoris, & alterum dimidium inter illos ex æquo est diuidendum. Qui autem emit locum. Sciens in eo recludi Theaurum, efficitur Dominus totius Theauri, quia Dominus loci non censetur Dominus Theauri inibi latentis, cum non sit pars loci, nec fructus: ideo tanquam carens domino primo occupantis erit. Porro si theaurus in loco publico inueniatur, v. g. in flumine, in platea effosa in via publica, dimidium inuentoris, dimidium est Principis. Quando autem in loco Sacro Theaurus inuenitur, dimidium sibi acquirit inuentor, & dimidium est Prælati, vel Ecclesiæ, cuius sacer est ille locus. At si per magicam artem in aliquo fundo Theaurus sit repertus, post iudicis sententiam pertinet ad fiscum pars inuentoris, Dominus autem loci ob maleficium alterius non debet suo iure priuari. Hæc secundum ius commune, si vero aliqua in Provincia alia vigeat lex, aut consuetudo, illa stantur, Molin. tom. 1. rr. 2. d. 56. S. a. v. Theaurus.

ELSCOBAR

Theol. Mor.

Tom. V. V. II.

El. IV

6 Theologia Moralis Lib. XXXVI.

28
De dominio
in columbas

Porro quando columbæ redeundi amittunt conseruandam, v.g. si bis, terve tempore consueto non redeant, sunt occupantis. Quia tunc censentur, se recepisse in agnam libertatem, & amplius non esse in prioris Domini potestate, Sylu. *V. Inuentum* q. 2. Salon 2. 2. q. 62. a. 3. contr. 4. Aragon *ibi*, concl. 7. Atqui arte, vel fraude alienas columbas ad suum attrahit columbarium, in eo spargendo certa semina: facti est reus cum restituendi obligatione. Debet tamen adesse interio principaliter, alienas inescandi columbas, nam excularetur ille, cuius principalis finis esset, suas pascere, ac retinere, ne alio euocentur. Medina in 4. dist. 85. quæst. 8. Nauar. *sum. c. 17. num. 127.* Quando vero lege præscriptus est terminus, intra quem columbas aucupare, quis prohibetur, intra illum eas capere, lethale est cum onere restitutionis, extra illum vero terminum eas aucupare absque piaculo, & restitutionis debito licet. Ratio prioris est, quia cum lex talem præscribat terminum, iustaque sit consequenter effectus, ut intra illum terminum columbæ sint bonæ propria Domini illius columbarij, atque ideo eas capere non licet quando vnus tantum est columbarium eo in loco: fin autem plura sint columbaria, & columbæ capiuntur intra terminum præscriptum, intra leuam ab vno columbario extra leuam ab alio, tunc quidem si aucupi constaret euidenter, columbas, quas capere contendit esse columbarij distantis ultra terminum à lege præscriptum, non peccaret. Sed quia raro euenire potest, ut id sciatur, in dubio præsumendum est, eius esse columbarij, quod intra terminum est à lege præscriptum. Ratio denique posterioris est, quia cum hoc animal quasi medium sit inter domesticum, & ferum, rebusque pascatur alienis, statuere potest Princeps, ut cum eo onere Dominus columbarij, illarum retineat dominium, ut si extra terminum illum capiantur maxime à Dominis locorum, in quibus diuagantur, ea ipsa captione dominium amittit, & capientium dominio cedant. Salon 2. 2. q. 62. a. 3. contr. 4. concl. 3. Bannes *ibi*, dub. ult. concl. 5. Tolet. l. 5. cap. 20. Corduba *sum. c. 21.*

29
De dominio
in syluis, seu lignis ca-
diuis

Syluæ (aut montes) in quibus arbores cædi solent, quædam sunt communes, quædam particularem hominum, aliæ sunt Principum si sint communes, quamuis incola Urbis, vel pagi cædat in propriam vtilitatem aliquot arbores sine facultate, non peccat lethaliter, nec ad restitutionem obligatur. Si tamen comprehenditur, pœnam tenetur solvere, & obligaretur ad restitutionem, si magnam faceret stragem. Quia non est credibile, velle communitatem suis membris maiori rigore illos vsus interdiceret quam sub culpæ venialis reatu, & pœnæ soluendæ, si capiuntur, (quæ non debetur nisi post Iudicis condemnationem) non prohibendo, quin acceptum sibi acquirant, nisi modum valde excedant. Nec obstat pœnæ granitas si fortè grauissima opponatur, quia pœnæ ut iustæ sint, debent delicto commensurari, & quia aliope assolent ad terrorem imponi. Tolet. l. 5. c. 20. Syl. 2. 2. q. 66. a. 2. q. 3. concl. 1. Salon *ibi* q. 62. a. 3. contr. 2. Sayr. in clau. l. 1. c. 10. num. 31. Sotus de iust. l. 4. q. 6. a. 4. At quando Syluæ sunt particularis Domini, peccatum est lethale ligna cedere obligans ad restitutionem, nisi lenitas materię excuset. Valent. 2. 2. d. 5. q. 6. punct. 5.

dub. 7. Grauius vel extreme indigens lignis ad familiæ sustentationem non peccat ea leuans in Principum Syluis. Quando autem licet ligna cadere in syluis communibus, licet etiam fructus earumdem arborum colligere. Non peccat, nec ad restitutionem, aut pœnam tenetur, qui ligna cædit, ac venatur in Sylua iniuste prohibita. Ad pœnam solummodo tenentur deprehensi, qui ligna cædunt ex montibus vicinorum conuicinorum, si vicini etiam in eorum Syluis cædant. Sayr. in clau. l. 1. c. 10. num. 17. Aragon 2. 2. q. 62. a. 3. concl. 8. Manu. *sum. ro. 1. c. 38. n. 5.* Azor. p. 3. l. 5. c. 17.

Quæ de syluis dixi, de pascuis gregum, dicta cenſe. Vnde qui pecora sua in alienis pratis inuito Domino pascit, sine sint alienis communis, siue personæ priuata, lethaliter peccat, nisi paritas materię excuset, & ad restitutionem damni illati tenetur, sine ulla iudicis sententia, pœnam vero non nisi post iudicis condemnationem solvere obligatur. Qui vero pascit illa in paratis patentibus, non tenetur ad restitutionem, nisi post iudicis condemnationem. Ratio est eadem pratorum, ac Syluarum, maxime cum facilius crescant herbe, quam syluæ. Salon 2. 2. q. 62. a. 3. contr. 2. concl. 6. Bannes *ibi*, dub. 4. concl. 6. Lopez p. 1. instr. c. 146. Princeps potest statuere, ut collectis fructibus ac frugibus, nulli prohibeat aliis pastum suis inagris, dummodo prædia & agri non sint vineæ, oliuæ, & alia similia, quæ magnum detrimentum patientur, si quoad pastum omnibus communia essent. Quamuis autem Dominus alicuius ciuitatis, aut loci in pascuis publicis sui territorij iurisdictionem ciuilem, & criminalem habeat, nullum tamen ex hoc iure dominium in illis habet, & ad restitutionem tenebitur, si in pascuis, ac syluis communibus damnum notabile gesserit. Conar. l. 99. pratt. c. 37. Corduba *sum. q. 118.* Mol. de iust. ro. 1. r. 2. d. 59. concl. 4. & 5.

Lucrum denique ex venatione, ac piscatione licita in venatoris, ac piscatoris cedit dominium, sua ex natura venatio, ac piscatio licita est. Magistratus autem, Princeps, vel Respublica, imo Dominus montis, aut fluminis illam peccat prohibere, Princeps, qui ius venandi sibi reſeruat obligatur ad cauenda damna, quæ ferè vicinorum agris possent inferre. Immediens iniuste alterum venari, aut piscari ad restitutionem probabilis lucris impediti tenetur. Qui venatur, aut piscatur in loco interdicto, peccat quidem contra iustitiã, & pro ratione iniuriæ, vel damni mortaliter, aut venialiter cum obligatione compensandi damnum, acquirit tamen dominium eorum, quæ capit, venatio, aut piscatio, illicita est, quando ius venandi competit alicui particulari ratione conductionis, vel concessionis, talisque venatio, aut piscatio obnoxia est restitutioni, ratione habita damni, vel lucris cessantibus. Qui venatur, vel aucupat feras mansuefactas, postquam naturalem libertatem requisierunt, non tenetur ad restitutionem, secus si venatur feras mansuefactas, postquam agnatã libertatem amisere. Lessi. l. 2. c. 5. n. 34. 37. 43. Sã v. venatio, n. 4. Filliuc. tr. 3. l. n. 138. 142. Bonac. de rest. d. 2. q. ult. sect. 1. pun. 1. Mol. rom. 1. tr. 2. d. 43. 46. 49. 50. Diana p. 3. tr. 6. ref. 18. & 19.

CAPVT

CAPVT IV.

De usu, & usufructu.

32
Quidam
f. 10.

Videtur etiam *Salus* est *in duntaxat* *ut* *redi* *re aliena*, *sal*
ut *illius substantia* : is verò, cui talis
vltus cœlestis id dicitur *vsu suum*. Dixi,
est *in modo generis*. Duplicitur *vsus* *vis* capitur.
Primo pro actu *utendi*, quo pacto equitatio
dicitur *vis* equi, & habitatio *vis* domi,
& hic *vis* *facti* dicitur. Secundo, pro iure ad
eum modo *utendum*, & hic permanet, cessante
actu *utendi*, seu *facti*: hocque posteriori mo-
do in definitione accipio. Dixi, *Utendi* loco dif-
ferentia, & sic excludo iura, quæ non sunt ad
utendum, *vis* *ius* depositarii comparatione depo-
siti, & creditoris comparatione pignoris. Ad di-
di, *Duntaxat*, vt excludam *vsu fructum*, qui
licet ad *utendum* *re aliena*, non tamen est ad
utendum *duntaxat*, sed etiam ad *fructum*
vsu fructu, id est, omnes fructus rei perci-
piendum. Adieci *Aliena re*, quia *ius*, quod do-
minus rei habet, ad ea *utendum* quodque enim
dominio est coniuuctum, & ab eo causatur, ac-
ciderunt, non hic desinitur. Adhibi deni-
que, *Salus illius substantia*, quia *ius* ad *vsu*,
per quem res omnino consumitur, aut aliena-
tur, *vis* *ius* ad alienandum pecuniam, vel quam-
vis aliam rem, non est proprie *vis*. *In sit. de*
usu & habu. Lessi. l. 1. c. 1. dub. 6. Filliuc. *tratt.*
3. m. 58. Sayr. *in clau*, l. 9. c. 3. n. 5. & 6. Mo-
lina l. 10. t. 2. d. 5. Laym. l. 3. r. 1. c. 6. n. 6. Aragon.

33
Quid pos-
sit qui ha-
bet ius nu-
dam sine
usufructu

Qui habet ius nudi vñs, parum potest si-
ne usufructu. Quia, qui habet ius vtendi fundi
alieno solum habet ius sumendi poma, olera flo-
res, fœnum, & ligna ad quotidianum vñm, po-
terit etiam in eo ambulare, & commorari, mo-
do domino fundi molestus non sit, tamen
non potest donare aut vendere quidquam ho-
rum alteri, nec locare, aut concedere alteri
ius ad eam emolumenta percipienda. Differt vero
habitatio ab vñu nudo: quia usufructus, cui v.g.
vñs domus est concessus, non potest eam
alteri locare; is vero, cui habitatio domus est
concessa, potest eam locare, sibiq; pretium
locationis acquirere. Sayr. in clauib. l. 9. c. 3. n. 7.
Syluest. v. vsus, in princip. Molin. to. 1. to. 2. d. 5.
Lessi. l. 2. c. 3. dub. 6. n. 25. Laym. l. 3. tr. 1. cap. 6.
numer. 8.

34
Quidnam
Vusufructus.

Vusufructus est ius utendi, ac fruendi aliena re, habu illius substantia. Is verò, qui tale ius habet dicitur *Vusufructuarius*. Dico *utendi*, & *fruendi*, ac excludendum nudum vsum, qui non est ad fruendum. Porro *vusufructuarius* non solum habet ius ad integre utendum bonis omnibus, in quibus *vusufructus* est constitutus; sed etiam ad percipiendos, omnes fructus eorum; ita ut eo ipso, quod illos percipit, Dominium eorum comparat; araeque autem illos percipiat, cum vnum sint, per colligationem, & vnionem cum re, cuius habet *vusufructum*, Dominium eorum pertinet ad dominium, cuius est res, quæ fruatur illos in se habet, ipse verò habet ius ad illos percipiendos, eoque perceptione ipsa efficiendos suos.

du n interim adhuc tempus vsusfructus per se-
uerat. Quare si vsusfructuarius moriatur ante
perceptionem, fructus pertinent non ad hære-
des fructuarij, sed ad proprietarium, quia quan-
diu adherent fundo, censetur vnum eu n
solum, & vnde ad soli Dominum pertinent, donec
fructuarius eos colligendo sibi dominium com-
parerit. Addidi, *Aliena res*, ad excludendum
ius, quod iis, qui iure pleno Dominus est rei
alicuius fructifera hæder ad ea vtendum, ac
fructuendum. Subieci, *Salua illius substantia*, quia
vsusfructus folium propriè est circa res, quæ
vfu non consumuntur, vt sunt ager, pecora,
domus; improprie autem, vinum, triticum,
oleum, pecunia, sed tunc transferretur dominium
in vsusfructuarium præstita cautione, si finito
tempore restitutum pecuniam, vel rei æstimat-
tionem. *Iusfi. de vsufruct. §. constituitur*. Iusfi.
v. Dominum, g. 2. *Socius de iust. l. 4. q. 1. c. 1.*
Sayr. in clauis. l. 9. c. 3. n. 6. Laym. l. 3. r. 1. cap. 6.
Lesli. l. 2. c. 3. dub. 4. Filliuc. r. 3. n. 6. 4.

Hinc colligo discrimen inter Dominium, Vsum, & Vsumfructum. Nam ius duplex esse potest, vnum in substantiam rei, vt possit illam quis consumere, si sit consumptibilis: vel saltem alienare, vt vendo, donando. & hoc est Dominium. Alterum est in qualitatem, seu accidentia rei, & hoc rursus est duplex, vnum est ius vtendi re aliena in propriam tantum vtilitatem, salua eius substantia, & dicitur vltus. Alterum est ius vtendi, ac fruendi salua substantia rei; & hoc dicitur vltusfructus; frui enim aliqua re dicitur illi, qui non solum potest consumere fructus in suum commodum; sed etiam donare, vendere, locare, vel gratis dare alteri ius, quod in vltusfructu habet. *Moli. ro. 1. de inst. rr. 2. d. 2.*

Vinctus duplex est, *legalis* vnus, *con-*
ventionalis alter : *conventionalis* dicitur, is qui
constituitur hominis dispositione, siue per vlti-
mam voluntatem, siue per contractum, siue
per aliquem modum ab aliquo homine. *Legalis*
est, qui per legem ipsam conceditur, qualis
est vnus, qui patri in bonis aduentitij filij
conceditur. *Lex* oportet. l. *Quacunque*. C. de
bonis, que liberis. l. *Equislimum*, l. *sed et si ff.*
de vstru.

Quinque adnoto Vfusfructuarij obligatio-
nes. Primo, debet dare cautionem, quod rebus, *Quinque*
quæ vñ non consumuntur, vtetur boni viri ar- *Vsuf-*
bitrio, id est, vt vir bonus re p̃pria vtere- *ctuarij*
tur, ac fruatur. Secundo, tenetur cautio- *obligatione*
nem exhibere, quod transacto vsusfructus tem-
pore res restituet, quales tunc superferuntur.
Tertio, tenetur ad expensas, & sumptus modicos,
ad refectionem rei, qua fungitur, ita nec-
cessarios, vt ad vtilitatem vsus p̃sentis illius
rei, fructusve perceptionem spectent. Quia
possessio naturalis, administratio, & conserva-
tio illius rei pertinet ad vsusfructuarium tan-
quam ad proprietarij procuratorem. Quarto,
tenetur solvere tributum, si quod ex re, qua
fruitur, sit soluendum. Item conservare integ-
rum numerum pecorum, aliorumve anima-
lium gregatim sibi traditorum, totidem capita
ex fortibus loco demortuorum sustinendo, vt
numerus integer perseveret. Item intellige de
vineis, & arboribus, loco enim vitium, & ar-
borum demortuorum, tenetur fructuarius alias
plantare, nisi tempestate, aut alio infornio

A 4 absque

EL SCOBAP

Week Mor.

Tom IV II

IV

8. Theologiae Moralis Liber. XXXVI.

absque sua culpa deiecta fuerint, aut destructa. Quinto denique usufructuarius nequit absque licentia proprietarii usufructum in alium transferre titulo donationis, venditionis, aut alio modo, ita ut alter maneat usufructuarius rei cum eo iure, quod ipse habet: imò attemptando hoc facere, ita ut usufructum amittit, & proprietario acquiritur. Quia de ratione usufructus est, quod sit ius utendi, ac fruendi nomine proprio. Sayi in clauis. l. 9. c. 3. n. 8. & 9. Lessi. l. 2. c. 3. dub. 6. n. 18. Filiuc. tr. 3. l. n. 65. Sanch. sum. l. 7. c. 13. n. 14. & 20. Couar. l. 1. variat. c. 8. n. 7.

39. Multis modis, usufructus amittitur. Primò, si usufructuarius moriatur. Secundò, si res ipsa depereat. Tertiò, si tanto tempore suo iure non utatur, quanto opus est, ut dominus directus contra eum praescribat: hoc tempus inter praesentes est decem annorum, & inter absentes viginti. Quartò, maxima capitis diminutione, cum scilicet quis simul civitatem, ac libertatem amittit. Quintò, per mediam capitis diminutionem, quando civitatem quis amittit, non libertatem. Sextò, si usufructuarius usufructum proprietario cedat. Septimò, si acquirit rei proprietatem, & dicitur consolidatio. Octavò, si pater fiat haereticus, hoc ipso usufructum in bonis filij adventitii amittit. Nondum, per usufructuarij professionem in Religione stabilium bonorum, ac reddituum incapax, usufructus finitur, & cum proprietate consolidatur. Quia usufructus est ius personae, quod cum ea extinguitur, seu per mortem naturalem, seu per mortem civilem, qua omnino incapax usufructus persona fiat. Secus dixerim accedere per professionem in ordinibus bonorum immobilium in communi, ac perpetuorum reddituum capacibus in quibus quamdiu usufructuarius vivit, usufructus poterit in monasterio permanere cum ordine ad professum ita ut professus, ac monasterium veluti una persona censeantur. Auth. Ingressi. C. de sacros. Ecclie. Angel. v. Religiosus n. 52. Lessi. l. 2. c. 3. dub. 5. Laym. l. 3. tr. 1. c. 6. n. 5. Filiuc. tr. 3. l. n. 67. Sylvest. v. Religio. 6. q. 1. Azor. to. 2. l. 2. c. 23. q. 4. Sanch. l. 7. sum. c. 13. n. 53.

39. Equidè usufructus acquisitus Monacho ante professionem transit cum illo ad Monasterium postea à tempore, quo in posteriori proficietur; si postea est incapax successione perit à tempore illius professionis, & cum proprietate consolidatur. Quando vero usufructus post professionem Monacho relictus est contemplatione Monasterij, in priori monasterio permanebit: si contemplatione monachi, ad posterius Monasterium successione capax cum illo transibit. Usufructus paternus de adventitiis filij bonis, expirat ipsius patris professione, & pertinet ad filium, quando Religio est incapax successione. Quando autem est successione capax, verius est, usufructum haud quamquam, extinguere, diminuisse, sed totum ad Monasterium dum superstes est pater, pertinere. Pater denique in saeculo manens, usufructum, quem in bonis adventitiis filij habebat per professionem filij non amittit. Couar. ruias de testament. c. 2. n. 9. Rol. v. donatio, n. 44. Angel. v. Religiosus. n. 50. Armit. v. Religio, n. 20. Tabie. ibid. c. 33. Sayi in clauis, l. 9. c. 7. n. 9. Gutier. qq. Canon. l. 2.

capite primo numero 100. Lessi. lib. secundo capite 41. numero 83.



CAPUT V.

De Prescriptione.

Prescriptio tripliciter accipitur. Primo generatim, ut id est, quod exceptio, quae opponitur ad excludendam actionem ab actione intentatam; unde cum exceptio sit dilatoria, (ut cum opponis iudicem non esse competentem) vel peremptoria, (ut si opponas, te soluisse, quod petitur) etiam praescriptio erit vel dilatoria, vel peremptoria. Secundò accipitur specialius pro exceptione peremptoria proveniente ex eo, quod tempore legis definito rem aliquam possideamus, vel iure aliquo visum, vel quod alius tali tempore ab usu iuris alicuius cessaverit. Tertiò accipitur pro dominij acquisitione, vel iuris alieni elisione ex tempore legis definito proveniente: & sic praescribitur dominus, ager vinea; & hoc modo sumpta à Iurisperitis plerumque pro viucapione accipitur. Couar. ad reg. possess. in principio p. 1. §. vnic. num. 4. Filiuc. tr. 3. l. n. 182. Laym. l. 3. tr. 1. c. 8. n. 1. 2. 3. Lessi. l. 2. cap. 6. dub. 1. n. 2. Sylu. 2. 2. q. 66. a. 2. quæst. 6.

Ad legitimam praescriptionem quatuor requiruntur Possessio. Bona fides, Titulus praesumptus & Continuatio possessionis cum bona fide per semper lege praescriptum. In primis itaque sine possessione non datur praescriptio. Debet autem possessio esse propria, qua quis nomine suo possidet non alieno. Debet esse vel civilis tantum, qua solo animo rei nostrae etiam absentes insistant: vel civilis & naturalis simul qua corpore & animo res possideatur, naturalis autem sola non sufficit. Couar. ad reg. possess. p. 1. §. vnic. n. 7. Filiuc. tr. 3. l. n. 185. & 205. Reginal. l. 10. n. 292. Sa. v. Praescriptio, n. 2. Bonac. de rest. d. 1. q. vlt. p. 2. Azor. p. 3. l. 1. c. 18.

Deinde requiritur bona fides. Quia iuxta regulam iuris 2. in 6. Possessor malae fidei vltro tempore non praescribit: & iure Canonico c. vigilianti, & c. vlti. de praescript. derogatum est omni consuetudini, aut legibus civilibus asserentibus dari posse praescriptionem absque bona fide. Bona autem fides in proposito est credulitas, quam quis sibi prudenter persuadet, rem esse suam, vel saltem nescit esse alienam: modo ignorantia non sit crassa, vel affectata. Dubitans, an res sit sua, non habet bona in fidem, si inchoat possessionem cum eo dubio. Quia ad hoc, ut incipiam facere rem meam, quae antea non erat, requiritur, ut determinate iudicem vel rem esse nullius, & sic effici meam per occupationem, vel esse meam, quantum antea non advertebam. Quando vero dubium suboritur post inchoatam bona fide possessionem dubitans potest rem de qua dubium oritur, praescribere adhibita prius diligentia, ad inquirendam, an res sit aliena. Quam cum rem possideat iam bona fide, dubitando, erit melior eius conditio iuxta regulam iuris. Ignorantia vero iuris clari etiam inculpabilis non prodest ad

Sectio I. De Dominio.

9

ad præscribendum. Iuris autem Juri, de quo sunt variae Doctorum opiniones ad præscribendum sufficit. Quia quando ius aliquod est vere dubium, possunt adesse opiniones utrinque probabiles circa illud: quilibet autem potest opinionem probabilem sequi, qui autem opinionem probabilem sequitur, non dicitur habere malam fidem. Qui vero bona fide accipit rem alio titulo (puta legati, donati, empti) ab auctore male fidei, potest eam præscribere, præterquam in duobus casibus. Primus est, si res sit immobilis, & is, contra quem præscribitur, ignoret, eam ab alio possideri. Secundus est, si illa res sit fortuita, vel vi possessa: tunc enim triginta anni requiruntur. *lege iuris, ff. de iur. & facti ignor. lege nunquam, ff. de iur. & facti ignor. C. de iur. & facti ignor. ff. de iur. & facti ignor. Sylvest. v. Præscriptio. i. numer. 4. Saye. in clau. l. 9. c. 12. n. 23. Lessi. l. 2. cap. 6. dub. 4. numer. 16. & dub. 13. numer. 42. & 43. Filliuc. tr. 3. i. numer. 189. 191. & 193. Sánchez l. 2. Moral. c. 23. n. 154.*

43. Et Titulus. Tertiò, requiritur titulus probabiliter præsumptus, id est, qui bona fide putetur validus, ut donationis, testamenti, vel successionis ab intestato, emptionis, permutationis. Non est necessarium, eum titulum esse verum, seu validum, nam hic sufficit sine præscriptione ad transferendum dominium; sed satis est, ut probabiliter putetur verus. Ad præscriptionem autem necessaria est bona fides, quam titulus. Quia sine bona fide nunquam currit præscriptio: currit autem aliquando sine titulo: nam titulus requiritur ad præscribendum tempore definito, & ordinario; non vero ad præscribendum tempore longiori. Unde si ad aliquid præscribendum ordinariè cum titulo requirantur decem, aut viginti anni: ad præscribendum sine titulo sufficeret spatium triginta, aut quadraginta annorum iuxta quantitatem materie, quæ præscribitur, modo bona fides adsit. *leg. 1. ff. de iur. & facti ignor. diligenti de præscript. Bonac. de rest. d. 1. q. ult. pun. 2. §. 2. numer. 22. Lessi. l. 2. cap. 6. dub. 13. numer. 43. Filliuc. tr. 3. i. numer. 193. Laym. l. 3. tr. 1. c. 8. numer. 12. Couar. reg. peccatum, p. 2. §. 8. Menoch. leg. 3. præsumpt. 131. numer. 32. Sà, v. Præscriptio, num. 3. Molina 10. 1. tr. 2. d. 76.*

44. Et Continuatio Possessionis tempore legitime definita. Quare res mobiles corporales, (quales sunt vestes animalia, navis, debitum rerum mobilium) vel actio ad obtinenda debita rerum mobilium) privati hominis vel etiam cultus Ecclesiæ etiam Romanæ præscribuntur possessione bonæ fidei cum titulo per triennium inter præsentem: inter absentes vero requiritur spatium quatuor annorum cum titulo, & bona fide. Ad viciationem vero rerum mobilium sine titulo requiruntur triginta anni, siue pri-

nate ex sint, siue Ecclesiæ. Ad præscriptionem rerum immobilium, ut sunt ager, domus, & res incorporatæ, ut iura, debita, actiones, servitutes, requiritur contra privatos spatium decem annorum inter præsentem cum titulo: inter absentes viginti annorum spatium. Contra rem immobilem Ecclesiæ (modo non sit Romana) vel loci pii, ut Hospitalis, Collegij, Canonicorum, Episcopi, iure communi requiritur spatium quadraginta annorum tam cum titulo, quam sine titulo: tam inter præsentem, quam inter absentes, siue is, qui præscribit, sit privatus, siue sit vna Ecclesia contra aliam. Bona principis tanquam privati, eodem tempore, quo privati bona præscribuntur collectæ pro publica necessitate quadraginta annis. Ius imponendi vectigalia quadraginta annis cum titulo: sine titulo, tempore immemoriali. Quæ vero debentur Principi in supremæ potestatis recognitionem, nullo possunt tempore præscribi. Contra leges civiles præscribitur consuetudine decem annorum, quando alias non putatur princeps non consensisse in eam consuetudinem. Adversus legem Canonicam requiruntur quadraginta anni, si consuetudo sit aliquo modo contra ius Ecclesiæ. Servitus personalis decem annorum spatium præscribitur cum titulo inter præsentem, inter absentes cum titulo viginti annorum, spatium, sine titulo autem triginta. Servitus realis si continua, aut quasi, continua sit præscribitur spatium decem annorum inter præsentem, inter absentes vero viginti. Servitus discontinua non præscribitur, nisi tempore immemoriali, quia possessio in huiusmodi servitute continua esse non potest. *Laym. l. 3. tr. 1. cap. 8. numer. 13. Lessi. l. 2. cap. 6. dub. 13. numer. 22. & 23. Filliuc. tr. 3. i. numer. 196. 197. 200. & 201. Manu. 10. 1. q. 9. 36. a 3. & 10. 3. q. 35. art. 3. Recognosce iura, l. unica, C. de iur. & facti ignor. Inst. de iur. & facti ignor. §. 1. Authent. Quas actiones, C. de sacros. Eccles. C. Sanctorum, de præscript.*

45. Res, quæ præscribi non possunt enuncio. Primò exemptio à Superioris obedientia. Secundò res vñibus publicis deputatæ, ut forum, via publica, pons, &c. Tertiò, ius decimarum à laicis post Concil. Lateranense. Quarto, limites Prouinciarum, Episcopatum, & Parochiarum, si de his constet: si vero non constet, præscribi possunt. Quintò res indiuisa communis pluribus nullo tempore ab aliquo illorum potest præscribi. *Sylvest. v. Præscriptio. 2. q. 12. Diana p. 3. tr. 5. resol. 77. Lessi. l. 2. c. 6. dub. 13. n. 49.*

46. Contra præscriptionem datur restitutio in integrum quæ nihil aliud est, quam quoddam remedium, quod finita præscriptione relinquatur priori Domino, qui rem suam amisit, ut authoritate Iudicis possit restitui in Dominium & possessionem rei amissæ. Hæc præscriptio minoribus etate, & piis locis conceditur. *Filliuc. tr. 3. i. n. 209.*

45. Res, quæ præscribi non possunt

46. Contra Præscriptionem datur restitutio

ELSCOBAR
Theob. Mor.
Tom. VII. II.
E. IV.
6

SECTIO